



Disputatio juridica de justitia et jure sexta

<https://hdl.handle.net/1874/235054>

DISPUTATIO JURIDICA,
DE
JUSTITIA ET JURE,

S E X T A.

Q U A M,

F. D. O. M.

S U B P R Æ S I D I O

Viri Clarissimi,

D. PAULI VOET, Juris in Illustri
Academiâ Ultrajectinâ Professoris ordinarii,

Publicè ventilandam exponit

NICOLAUS HOBOKEN, Ultrajectinus.

Ad diem 11. Junii, horâ locoque solitis.



ULTRAJECTI,
Ex Officinâ Johannis à Waesberge,
ANNO dñi 1706.

NOBILISS. AMPLISS. GRAVISSIMISQ.

V I R I S.

D.D. FLORENTIO. BORRE. AB. AMERON-
GEN. ORDINIS. TEUTONICI. EQUITI. ET.
THIELÆ. AEDIUMQ. COLLEGIALIUM. EIUS-
CE. ORDINIS. COMMENDATORI. ETC.

E T.

D.D. CASPARO. LIESEMAN.

PROSAPIÆ. SUÆ. LUMINIB.

PIETATIS. EXEMPLARIB.

OMNIGENÆQ. ERUDITIONIS.

AMATORIB. FAUTORIB. CULTORIB.

HOCCE. EXERCIT. JURIDIC.

L. M. Q.

D. D. D.

NICOLAUS. HOBOKEN.

ULTRAJECTINUS.

RESP.

DISPUTATIO JURIDICA,

D E

JUSTITIA ET JURE,

S E X T A

T H E S I S I.



Uperiori Disputatione nonnulla juri *Natura* adscripsi, puta *Matrimonium* & *liberorum educationem*. Sunt alia, de quibus inter Interpretes est contentio. Et quidem inquiritur: Cui Juri sit adscribenda *sui defensio*, & *injuria propulsatio*? Respondeo licet non negaverim, eam posse juri *Gentium* adscribi, in quantum apud omnes

Gentes peræquè custoditur: (S. 2. *Inst. jur. nat. Gent. & civil.*) ratione tamen *originis* rectius eam adscripseris juri *naturali*, quod nobis est cum brutis commune. Et quia passim in Jure *Ratio naturalis* & ipsa *Natura* permittere dicitur, ut quisvis adversus omne periculum se tueatur. Et quia omni animantium generi per *Naturæ instinctum* attributum videtur, ut se, vitam, corpus tueatur: quo nomine in brutis jus defendendi considerârunt Jurisconsulti. l. 4. in princ. D. Ad l. Aquil. l. 1. §. 27. D. de vi & vi armat. Init. Instit. de Jur. Nat. Gent. & Civil. l. 1. §. 11. D. Si quadrup. paup. fec. dic. l. 5. §. 1. l. 45. §. 4. D. Ad leg. Aquil. Propert. 2. Eleg. 5. Cicer. pro Milone & 1. offic. Cujac 5. Observ. cap. 18. Donell. 1. comm. 7. Bullæus de tribus Gener. jur. Præcept. n. 10. Wissenbach. disp. 3. Pand. n. 6. Diff. Bartol. ad l. 3. D. de Just. & jur. Connan. 1. comm. 6. n. 8. Johann. Coras. in comm. ad d. l. 3. n. 3. 4. 5. Lyclam. Membr. 7. Eclog. 4. 2. Pacius Antinom. cent. 1. quest. 1. Matth. Berlich. part. 4. concl. Pract. 13. n. 2. Hænon. disput. 1. Instit. S. 11.

II.

An idem de *bonorum defensione* dicendum? *Resp.* Si solam *rerum* defensionem spectemus, non idem dicendum esse putarem. Si eam, quæ cum defensione *corporis* est conjuncta, id equidem non negarem. Ratio *prioris* est, quod *Jurisconsultus* in *l. 3. D. Just. & jur.* defensionem cum propulsatione conjunctam ad tutelam *corporis* permissam statuat, ut rectè inferatur, propter solam *rerum* defensionem ad cædes perveniri non deberet. *l. 52. §. 1. D. Ad l. Aquil.* Accedit, quod inter hominis vitam & bona caduca nulla sit proportio; cum illa semel amissa resarciri nequeat: hæc verò possint; ut *vita* etiam rebus pretiosissimis sit præferenda. *l. 21. in fin. Cod. de Sacros. Eccles. l. 44. in princ. D. de Edil. Edict.* Ratio *posterioris* est, quod *furem nocturnum* occidere liceat; quia incertum est, an veniat animo furandi, an occidendi? Et *diurnum* non aliter, quàm si telo se defendat; ut cum *bonorum* defensione semper aliqua *vita* ruitio debeat esse conjuncta. *l. 4. D. Ad leg. Aquil. l. 45. §. 4. D. eod. l. 2. 3. 4. Cod. l. Cornel. de Sicar. Fachin. 1. contr. 31. Bocet. de duell. c. 9. Bachchov. in not. ad Parat. wes. ad l. Aquil. Bronchorst. 4. Antin. 82. Diss. Jul. Clar. §. Homicidium. n. 25. Lessius Jesuita, lib. 2. de just. & jur. c. 9. dubit. 2.*

III.

Sed cui juri adscribenda *Religio*? *Respondeo*, illi juri *Natura* eam esse adscribendam, quod *Ratio* dicat inter omnes *homines*: licet *modum* colendi Deum præscribat *sacra Scriptura*. Omnes enim *homines*, modò sint sanæ mentis, *faseri* coguntur, Deum esse colendum; cum, si conscientiam examinent, dubitare non audeant de *Numinis existentia*: & ipsa *Ratio* dicat id, quod summum est, ratione suæ excellentiæ, omnem honorem mereri. *Arg. l. 2. D. de justitia & jur. Paulus ad Rom. 1. v. 19.* Ut propterea *Aristoteles* (1. *Topic. cap. 9.*) castigatione & pœnâ dignos judicaverit eos, qui, utrum *Deus* honorandus sit, dubitare audent? *Cicer. 3. Tuscul. quæst. Boët. Consol. Philos. lib. 5. prof. 6. Lyclam. 7. Membr. Eclog. 41. Besold. ad l. 2. de justitia & jur. Bocet. Class. 1. disput. 2. n. 12. tract. de jur. Univers. VVurmser. Nucl. jur. contr. lib. 1. tit. 2. contr. 2. n. 8. 9. Reverendus meus Parens in tractat. de Atheism. Ego in Theologia Natur. Reformat. Diss.*

ex

ex parte Cartesius, Sociniani, alique Arbei à me dicto tract. refutari.

IV.

Cui juri adscribendus Amor, qui Patria debetur & Parentibus? Respondeo, juri naturali. Arg. l. 3. D. Just. & jur. Ratio enim naturalis suadet & Patria, in quâ vitam primitus accepimus, & Patri, à quo spiritum hausimus, post Deum in omnibus esse parendum. Suadet id ipsum 5. Decalogi præceptum, quæ juris est naturalis expressio. Suadent id effectus, quod originarii plerumque extraneis in obeundis Patriæ muneribus sint fideliores. D D. Ad l. 1. D. Ad municip. vid. l. habebat. De leg. 3. l. qui habebat. v. dulcissima patria mea. D. eod. l. moveor. Cod. serv. export. & l. fin. ubi. Bald. Cod. si serv. export. veniat. Gloss. in l. veluti. D. just. & jur. & in l. fallaciter Cod. de Abolit. Georgius Vivien comm. ad lat. introit. Philippi 2. Hisp. Reg. artic. 9. in fin. Besold. class. 1. disp. 2. n. 12.

V.

Verum, quid dicendum in concursu, an potius parenti, an patriæ occurrendum erit? Resp. Affirm. posterius, licet ordo in d. l. 2. D. Justitia & jur. à Jurisconsulto sit inversus. Quod enim finis est ulterior, eò melior: ut universali, quale est Patria bonum, cedat particularis finis, qualis est Parentis conservatio. l. 1. D. de ventr. in Poss. mittend. d. l. qui habebat. D. de leg. 3. l. 35. D. Religios. & sumpt. fun. Docuerunt id exempla omnis ætatis, omniumque populorum; quæ ne huc conferam, vel unum, licet severum nimium, Damatriæ Spartana dabo; quæ, cum accepisset filium ignavo ergo Patriam esse animo, domum reversum occidit, atque ejus sepulchro hocce versus inscripsit:

Hunc timidum mater Damatrion ipsa peremit.

Nec dignum matre, nec Lacedæmonio.

Valer. Maximus, lib. 2. cap. 7. Everhard. in Topicis, loco: ab ordine. Georgius Vivien, comment. ad lat. introit. Philippi 2. artic. 13. litt. a. & d. Keckerm. disp. pract. 22. Problem. 24. Besold. ad l. 2. D. de just. & jur. n. 5. & 6. VVurmser. Nucl. jur. contr. lib. 1. tit. 2. q. 2.

VI.

Cui denique juri adscribenda Libertas? Respondeo, licet plerique

que libertatem illi juri naturali adscriptam velint, quod vobis est cum brutis animantibus commune: argum. l. 4. v. qua res à jure Gentium: D. de Justit. & Jur. & §. 1. Inst. de Jur. Person. Dicendum tamen, Libertatem non esse aut ab instinctu naturali, aut à ratione dispositivè. Est enim quædam facultas naturalis, quam in tantum non introduxit Ratio, ut potius eam minuat. Vel potius legibus congruenter dicatur, nec Libertatem, nec servitutem esse juris naturalis, indifferenter semet ad utrumque oppositum habentis; ut uno communi nomine omnes appellarentur homines, nullo posito discrimine, liberine essent, an servi? Ut differentię duæ Libertatis, ejusque oppositæ servitutis, juris Gentium sint dispositivè. Idque satis colligitur (meo judicio) ex init. Instit. de libert. v. & cum uno communi nomine, l. 4. v. sed posteaquam. D. de just. & jur. Zoes. D. de just. & jur. n. 51. Diff. Donell. 1. comment. cap 7. Besold. ad l. 4. n. 1. D. de Just. & jur. Bocer. class. 1. disp. 2. n. 8.

VII.

Explicui, quid jus Naturale, & quæ ei erant adscribenda. Ad jus Gentium propero, quod à jure naturali distinctum esse, (licet quandoque à Jurisc. confundantur l. pen. D. just. & jur.) superiori Disputatione ostendi. Jus enim naturale est, quod vel Natura, (id est, instinctus) vel ipsa Ratio, quod est hominum tantum, docuit. Et est jus quoddam innatum. Quod si ad usum transferatur, mutat nomen suum, & à Gentibus, à quibus recipitur, jus gentium appellabitur. §. 1. Instit. de jur. nat. Gent. & Civil. Ut jus naturale non sit jus constitutum. Jus gentium, jus constitutum, d. §. 1. licet non tantum. Cum quoddam jus ab aliquo populo, seu natione, sit constitutum, quod civile appellatur. Ut, quod est à Gentibus plerisq; & quidem moratoribus constitutum, etiam in quantum conprobatum, jus gentium dicatur. Argum. §. pen. instit. Proam. s. 1. 2. junct. §. 11. Inst. jur. Nat. Gent. Civil. c. jus gentium. 1. distinct. Non quod in unum aliquando convenerint Gentes: verum quod successivè plerisq; tacitè id visum est placere; ut totius orbis fuisse decretum existimeretur. Diss. hinc pleriq; , qui jus naturale hominum cum jure Gentium primo confundunt. Merend. juris controv. lib. 2. c. 3. in fin. Besold. del. jur. ex lib. 1. Pand. n. 6. Bocer. class. 1. disp. 2. n. 10. Tract. jur. Univers. wurmser.

ser. Nucl. jur. contr. lib. 1. tit. 2. contr. 1. in fin. & 2. in init. vide Grot. de jur. bell. & Pac. lib. 1. Cap. 1. n. 10.

VIII.

Jus hoc Gentium, à jure naturali distinctum, communiter dividi solet in *Primum* & *Secundum*. Illud appellant, quod *Ratio* (quæ etiam in statu *Integritatis* locum habuisset) inter homines constituit; atque firmum & immutabile permanet. Hoc appellant, quod *Ratio* quidem *naturalis*, sed propter depravatam hominum naturam inter gentes, constituit. Quæritur, an recte? Resp. *Affirm.* Estque hæc distinctio in jure fundata. Cum enim aliquod jus Gentium dicatur *immutabile*, aliquod *mutabile*: aliquod cum ipso humano genere ortum sumpsisse: aliquod postea demum, usu exigente & humanis necessitatibus: aliquod esse ex jure naturali: aliquod ei suo modo adversari: hæcque omnia inferant aliquam *oppositionem*, quæ distinctionis est fundamentum. Negari non poterit, quin duplex jus gentium sit admittendum. Sive, illud appelletur *Primum* & *Secundum*, sive *Prius* & *posterius*, sive *superius* & *inferius*, parum refert. Verba enim non curamus, modò rem ipsam habeamus. Argum. §. 1. 2. 11. Inst. Jur. Natur. Gent. & Civil. & l. 3. 4. 5. D. eod. Pinell. ad l. 2. Cod. de Rescind. vendit. part. 1. n. 11. Donell. 1. comm. cap. 7. Besold. delib. jur. ex lib. 1. Pand. n. 6. Idem ad l. 1. n. 25. D. de Just. & Jur. wurmser. Nucl. jur. Contr. lib. 1. tit. 2. contr. 2. Bocer class. 1. disp. 2. n. 11. Bacchov ad instit. Com. de jur. nat. Gent. Civil. Henric. Ernst. Helmst. Cathol. jur. cap. 10. n. 1. Dist. Connan. comm. jur. Civil. lib. 1. cap. 5. Diss. Coras. 6. Misc. cap. fin. qui hoc uritur argumento, quod Jurisconsultus in l. 1. D. de just. & jur. unius tantum juris gentium faciat mentionem, quod tamen argumentum nullius est momenti. Corasio consentit Bronchorst, cent. 1. Enant. assert. 3. Lyclam. 7. Membran. Eclog. 31. Zoef. D. de justit. & jur. n. 33. Qui ibidem Covarruviam & Valascum pro se allegat.

IX.

Quæsitum, quænam juri Gentium primævo sint adscribenda? Respondeo, eadem illa, quæ hætenus juri naturali fuerunt annumerata. Qualia sunt *Matrimonium*, *Liberorum educatio*, *defensio sui ipsius*, *Religio*, *Amor patriæ* atque *parentum*. Utea omnia utrique juri

ri (*naturali*, scilicet, & *gentium*) sint communia, quæ semper firma atque immutabilia permanent. Argum. §. 11. *Instit. de iur. natur. Gent. & Civil.* Infrequens enim in iure non est, ut una eademque res diverso iure censeatur; adeoque pro variâ consideratione & iuri naturali & gentium primavò accepta feratur. Argum. l. 45. §. 4. D. Ad l. Aquil. Cujac. 5. *ab serv. cap. 18. Besold. ad l. 1. §. 21. D. Just. & Jur. ad l. 2. §. 1. 2. D. eod. & l. 3. §. 1. in med. comm. D. eod. VVarmsfer. Nucl. jur. contr. lib. 1. tit. 2. confr. 2. n. 11. 12. Bocov. class. 1. disp. 2. n. 13. vid. quæ notavi in disp. 1. Ad l. 2. Cod. 1. Cornel. de Sicar. thes. 5.*

Corollaria Respondentis.

I.

Vtrum naturâ surdus, cæcus, & mutus simul, possit contrahere Nuptias? Resp. Neg.

II.

An is, qui Mœvium occidit, cùm Titium occidere voluerit, lege Corneliâ teneatur? Resp. Aff.

III.

An ratio Usucapionis sit iniqua? Resp. Neg.

F I N I S.